

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Hospitalitas c
cum fonte primo

Tanta est apud Deum hospitalitatis gracia ut ne potus quidem aque frigide a premiis remunerationis immunis sit. Vides quia Abraham Deum recipit hospitio dum hospites querit. Vides quia Loth angelos recipit. Vnde scis an et tu cum suscipis hominem, suscipias Christum? Licet in hospite Christus sit quia Christus in paupere est, sicut ipse ait: Hospes fui et cetera.

Ambrosius libro de officiis.

Tanta autem est apud Deum hospitalitatis gratia ut ne potus quidem aquae frigidae a praemiis remunerationis immunis sit. Vides quia Abraham Deum recepit hospitio dum hospites quaerit. Vides quia Loth angelos recepit. Vnde scis ne et tu cum suscipis hominem, suscipias Christum? Licet in hospite sit Christus quia Christus in paupere est sicut ipse ait:

In carcere eram, et uenistis ad me, nudus eram et operuistis me.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2, 21 (CCSL 15, M. Testard ed., p.136, ll.36-42).